

7. ULPIANUS, lib. 16, ad Edictum.

Sed et si res adjudicata sit... Si ego emi, et mea voluntate alii res sit tradita, imperator Severus rescriptit, Publicianam [illi] dandam.

11. ULPIANUS, lib. 16, ad Edictum.

Si ego emi, et mea voluntate alii res sit tradita, imperator Severus rescriptit, Publicianam [illi] dandam. — § 4. Si de usufructu agatur tradito.

12. PAULUS, lib. 49, ad Edictum.

Cum sponsus sponsae servum donasset, eumque in dotem accepisset ante usucapionem: rescriptum est a divo Pio, divortio facto restituendum esse servum.

13. GAIVS, lib. 7, ad Edictum provinciale.

Quaecumque sunt iusta causae acquirendarum rerum, si ex his causis nacti res amiserimus, dabitur nobis, earum rerum persequendarum gratia, haec actio.

14. ULPIANUS, lib. 16, ad Edictum.

Papinianus lib. 6 Questionum scribit: Si quis prohibuit, vel denunciavit, ex causa venditionis tradi rem, quae ipsius voluntate a procuratore fuerat distracta, et is nihilominus tradiderit, emptorem tuebitor pretor, sive possideat, sive petat rem.

10. PAULUS, lib. 19, ad Edictum.

Sive peculiari nomine servus emerit, sive non.

10. § 5, Inst. de off. judicis. — 11. L. 46, supr. de rei vind. — 12. L. 22, in pr. infr. rer. amotr. — L. 3, infr. pro emptore. — 13. L. 5, in fin. supr. h. t. — 14. L. 2, C. de contrah. empt. — 15. Obs. l. 2, § 16, infr. pro emptore. — 16. Adde § 8, infr. h. c. — 17. L. 5, § 3, in fin. infr. de iur. jur. — 18. L. 11, in pr. infr. d. l. — 19. § 1, infr. de dol. mali et met. except. — 20. L. 12, § 1, infr. h. t. — 21. L. 9, in fin. infr. cod. — 22. L. 4, § 3, infr. de dol. mali et met. except. — 23. L. 6, infr. de itinere actuque privat. — 24. L. 12, infr. de contrah. empt. — 25. L. 10, in pr. l. 8, infr. de usup. et usucap. l. 2, infr. pro emptore. — 26. Adde § 11, supr. h. c. — 27. L. 15, § 4, infr. h. t. — 27. L. 62, in pr. infr. de exco. § 4, Inst. de rer. divis. — 28. L. 51, in fin. infr. de act. empt. — 29. L. 123, in pr. infr. de reg. jur. l. 14, infr. qui potior in pign. — 30. § 2,

Inst. de usucap. — 31. L. 1, C. de serv. fugi. — 32. L. 45, § 1, infr. de acquir. rer. domini. — 33. L. 5, in pr. infr. de usuf. l. 1, in fin. infr. de servit. praed. rust. — 34. L. 4, § 15, infr. de usup. et usucap. l. 11, infr. de divers. temporal. praeser. — 35. L. 33, in pr. infr. de usup. et usucap. — 36. L. 1, C. de donat. ante nupt. — 37. L. 7, § 5, supr. h. t. — 38. Obs. l. 18, § 27, infr. de damno infect. — 39. Immo vide l. 9, § 5, supr. h. t. — 40. L. 75, in fin. supr. de rei vind. — 41. Adde l. 5, § 1, supr. h. t. — 42. L. 7, § 4, infr. communi divid. — 43. L. 13, in pr. infr. de usup. et usucap. — 44. L. 25, § 1, infr. de probat. — 45. Vide tamen l. 1, § 1, infr. de excep. rei vend.

15. POMONIUS, lib. 3, ad Sabinum.

Si servus meus, cum in fuga sit, rem a non domino emat, Publiciana mihi competere debet, licet possessionem rei tradita per eum nactus non sim.

16. PAPINIANUS, lib. 10 Questionum.

Paulus notat: exceptio 47 justi 48 domini Publicianae obijcienda est.

17. NERATIUS, lib. 3 Membranarum.

Publiciana actio non ideo comparata est, ut res domino auferatur (ejusque rei argumentum est primo aequitas, deinde exceptio si ea res possessoris non sit); sed ut is, qui bona fide emit, possessionemque [ejus] ex ea causa nactus est, potius rem habeat.

TIT. III.

SI AGER VECTIGALIS, ID EST, EMPHYTEUTICARIUS, PETATUR.

1. PAULUS, lib. 12, ad Edictum.

Agri civitatum alii vectigales vocantur, alii non. Vectigales vocantur, qui in perpetuum locantur: id est hac lege, ut tamdiu pro illis vectigal pendatur, quamdiu neque ipsis, qui conduxerint, neque his, qui in locum eorum successerunt, auferri eos liceat.

2. ULPIANUS, lib. 17, ad Sabinum.

Ita tamen, si vectigal solvant.

3. PAULUS, lib. 21, ad Edictum.

Idem est et si ad tempus haberint conductum, nec tempus conductionis finitum sit.

LIBER SEPTIMUS.

TIT. I.

DE USUFRUCTU, ET QUEMADMODUM QUIS UTATUR FRUATUR.

1. PAULUS, lib. 3, ad Vitellium.

Usufructus est jus alienis rebus utendi fruendi, salva rerum substantia.

2. CELSUS, lib. 18 Digestorum.

Est enim usufructus jus in corpore: quo sublato, et ipsum tolli necesse est.

3. GAIVS, lib. 2 Rerum cottidianarum, vel aureorum.

Omnium praediorum, jure legati potest constitui usufructus, ut heres jubetur dare alicui usufructum. Dare autem intelligitur, si induxerit in fundum legatarium, eumve patiatu uti frui. Et sine testamento [autem] si quis velit usufructum constituere, pactionibus, et stipulationibus id efficere potest.

46. L. 1, § 14, infr. de acquir. vel amit. possess. — 47. L. ult. infr. h. t. — 48. L. 5, infr. mandati. — 49. L. 28, infr. de noxal. act. l. 24, infr. de excep. rei judicat. — Tr. III. — 1. L. 11, § 1, infr. de Publican. adde l. 71, in fin. infr. de legat. 1. l. 15, § 26, infr. de damno infect. — 2. L. 1, C. de administr. rerum Public. adde l. 2, C. de locat. praed. — 3. L. 1, § 1, infr. de locat. praed. — 4. L. 1, in fin. infr. de loco public. fruend. — 5. L. 1, § 3, infr. de superficie. — Tr. I. — 1. Lib. 5, C. 53; Lib. 2, Inst. 4. — 2. Pr. Inst. h. t. — 3. L. 5, in pr. infr. si usufr. petatur. — 4. Pr. Inst. h. t. l. 23, infr. quib. mod. usufr. amitt. — 5. L. 6, in pr. infr. h. t. § 1, Inst. cod.; L. 69, infr. ad leg. Falcid. — 6. L. 20, in fin. infr. de servit. — 7. § 1, Inst. h. t. — 8. L. 4, in fin. C. cod. — 9. L. 7, in pr. infr. cod. § 1, Inst. cod. — 10. § 1, in

4. PAULUS, lib. 9, ad Edictum.

Usufructus in multis casibus pars domini est, et exstat, quod vel praesens, vel ex die 14 dari potest.

5. PAPINIANUS, lib. 7 Questionum.

Usufructus [et] ab initio pro parte indivisa vel divisa constitui, et legitimo tempore similiter amitti, eademque ratione per legem Falcidiam minui potest. Reo quoque promittenti defuncto, in partes hereditarias usufructus obligatio dividitur: et, si ex communi praedio debeat, uno ex sociis defendente, pro parte defendantis fiet restitutio.

6. GAIVS, lib. 7, ad Edictum provinciale.

Usufructus pluribus modis constituitur: ut ecce si legatus fuerit. Sed et proprietatis deducto usufructu legari potest, ut apud heredem maneat usufructus. — § 1. Constituitur adhuc usufructus, et in familiae circundae, et communi dividendo, si iudex alii proprietatem adjudicaverit, alii usufructum. — § 2. Acquiritur autem nobis usufructus non solum per nosmetipsos, sed etiam per eas quoque personas, quas juri nostro subjectas habemus. — § 3. Nihil autem vetat, servo meo herede instituto, legari proprietatem deducto usufructu.

7. ULPIANUS, lib. 17, ad Sabinum.

Usufructu legato omnis fructus rei ad fructuarium pertinet. Et aut [rei] soli, aut rei mobilis usufructus legatur. — § 1. Rei soli, utpote aedium, usufructu legato, quicumque reditus est, ad fructuarium pertinet: quaeque obventiones sunt ex aedificiis, ex areis, et caeteris, quaecumque aedium sunt. Unde etiam mitti eum in possessionem vicinarum aedium causa damni infecti, placuit: et jure domini possessorum eas aedes, si perseveraret non caveri: nec quicquam amittere finitio usufructu. Hac ratione Laeoe scribit, nec aedificium licere domino, te invito, altius tollere: sicut nec, areae usufructu legato, potest in area aedificium poni: quam sententiam puto veram. — § 2. Quoniam igitur omnis fructus rei ad eum pertinet, reficere quoque eum aedes per arbitrium cogi, Celsus scribit. [Celsus] lib. 18 Digestorum. Hactenus tamen, ut sarta tecta habeat: si qua tamen vetustate corruiissent, neutrum cogi reficere: sed si heres refecerit, passurum fructuarium uti. Unde Celsus de modo sarta tecta habendi quaerit? Si qua vetustate corruerunt, reficere non cogitur: modica igitur refectio ad eum pertinet, quoniam et alia onera adgnoscat, usufructu legato: utputa stipendium, vel tributum, vel salarium, vel alimenta ab ea re relicta, et ita Marcellus lib. 13 scribit. — § 3. Cassius quoque scribit lib. 8 Juris civilis, fructuarium per arbitrium cogi reficere, quemadmodum adserere cogitur arbores; et Aristo notat, haec vera esse. Neratius autem lib. 4 Membranarum ait, non posse fructuarium prohiberi, quo minus reficiat: quia nec arare prohiberi potest, aut colere: nec solum necessarias refectioes facturum, sed etiam voluptatis causa, [ut] tectoria, et pavimenta, et similia [facere]: neque autem ampliare, nec utile detrahere posse.

8. Idem, lib. 40, ad Edictum.

Quamvis melius repositurus sit. Quae sententia vera est.

9. Idem, lib. 17, ad Sabinum.

Item, [si fundi] usufructus sit legatus, quidquid in fundo nascitur, quidquid inde percipi potest, ipsius fructus est: sic tamen, ut boni viri arbitratu fruatur. Nam et Celsus libro octavodecimo Digestorum scribit, cogi eum posse recte colere. — § 1. Et, si apes in eo fundo sint, earum quoque usufructus ad eum pertinet. — § 2. Sed si lapidicinas habeat, et lapidem caedere velit, vel cretidodinas habeat, vel arenas, omnibus his usum Sabinus ait, quasi bonum patremfamilias: quam sententiam puto veram. — § 3. Sed si haec metalla post usufructum legata sint inventa, cum totius agri relinquatur usufructus, non partium, contineantur legato. — § 4. Huic vicinus tractatus est, qui solet in eo, quod accessit, tractari: et placuit, alluvionis quoque usufructum ad fructuarium pertinere. Sed si insula juxta fundum in flumine nata sit, ejus usufructum ad fructuarium non pertinere Pegasus scribit, licet proprietati accedat: esse enim veluti proprium fundum, cujus usufructus ad te non pertinet: quae sententia non est sine ratione. Nam ubi latitat incrementum, et usufructus augetur: ubi autem apparet separatam, fructuario non accedit. — § 5. Aucupiorum quoque et venationum

fin. Inst. cod. — 11. Infr. quib. mod. usuf. amitt. — 12. Vide tamen L. 19, infr. de usu et habit. — 13. L. 3, in pr. infr. de reb. auctor. judic. possid. Obs. l. 25, in pr. infr. de verb. sign. — 14. L. un. § 1, infr. quando dies usuf. legat. l. 16, § 2, infr. famul. exco. vide tamen l. 4, in pr. infr. de servit. — 15. L. 1, § 9, infr. ad leg. Falcid. — 16. L. 25, infr. quib. mod. usuf. amitt. — 17. d. l. 1, § 9, infr. ad leg. Falcid. — 18. L. 5, in pr. supr. h. t. § 1, Inst. cod. — 19. L. 6, § 10, infr. communi divid. — 20. L. 21, L. 22, L. 23, L. 24, infr. h. t. — 21. L. 13, § 8, infr. de damno infect. — 22. L. 15, § 7, in fin. infr. h. t. — 23. L. 7, C. cod. — 24. L. 27, § 3, infr. cod.; L. 28, infr. de usu, et usuf. et reditu. — 25. L. 52, infr. h. t. l. 13, infr. de impens. in res dotal. — 26. L. 18, infr. h. t. — 27. L. 13, § 4 et 7, infr. cod. — 28. L. 59, § 1, infr. cod. — 29. L. 13, § 5, infr. cod. — 30. L. 62, in pr. infr. cod.

A
B
C
D
E
F
G
H
I
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
V
W
X
Y
Z

reditum, Cassius ait lib. 8 Juris civilis, ad fructuarium pertinere. Ergo et piscationum. — § 6. Seminarii autem fructum puto ad fructuarium pertinere: ita tamen, ut et vendere ei, et seminare liceat: debet tamen conserendi agri causa, seminarium paratum semper renovare, quasi instrumentum agri: ut, finito usufructu, domino restituatur. — § 7. Instrumenti autem fructum habere debet: vendendi tamen facultatem non habet. Nam et si fundi usufructus fuerit legatus, et sit ager, unde palo in fundum, cujus usufructus legatus est, solebat paterfamilias uti, vel salice, vel arundine, puto fructuarium hactenus uti posse, ne ex eo vendat: nisi forte salicti ei, vel silvæ palaris, vel arundineti usufructus sit legatus: tunc enim et vendere potest. Nam et Trebatius scribit, silvam cæduam³¹ et arundinetum posse fructuarium cedere, sicut paterfamilias cædebat: et vendere, licet paterfamilias non solebat vendere, sed ipse uti: ad modum enim referendum est, non ad qualitatem utendi.

40. POMONIUS, lib. 3, ad Sabinum.

Ex silva³² cædua pedamenta, et ramos ex arbore usufructuarium sumpturnum: ex non cædua, in vineam sumpturnum, dum ne fundum deteriorem³³ faciat.

41. PAULUS, lib. 2 Epitomarum Alfeni Digestorum.

Sed, si grandes arbores essent, non posse eas cadere.

42. ULPIANUS, lib. 17, ad Sabinum.

Arboribus evulsis, vel vi ventorum dejectis usque ad usum suum³⁴ et villæ posse usufructuarium ferre, Labeo ait: nec materia³⁵ eum pro ligno usurum, si habeat, unde utatur ligno. Quam sententiam puto veram: alioquin, et si totus ager sit hunc casum passus, omnes arbores auferret fructuarium: materiam tamen ipsum succidere, quantum ad villæ refectioem, putat posse: quemadmodum calcem (inquit) coquere, vel arenam fodere, aliudve quid ædificio necessarium sumere. — § 1. Navis usufructu legato, navigandum mittendam puto, licet naufragii periculum immineat: navis etenim ad hoc paratur, ut naviget. — § 2. Usufructuarium³⁶ vel ipse frui ea re, vel alii fruendam concedere, vel locare³⁷, vel vendere potest: nam et qui locat, utitur: et qui vendit, [utitur.] Sed et si alii precario concedat vel donet, puto eum uti: atque ideo retineri usufructum: et hoc Cassius et Pegasus responderunt, et Pomponius lib. 5 ex Sabino probat. Non solum autem, si ego locavero, retineo usufructum, sed et si alius negotium meum gerens locaverit usufructum, Julianus lib. 35 scripsit, retinere me usufructum. Quid tamen si non locavero, sed absente et ignorante me, negotium meum gerens utatur quis, et fruatur? Nihilominus retineo³⁸ usufructum. Quod et Pomponius lib. 5 probat, per hoc, quod negotiorum gestorum actionem adquisivi. — § 3. De illo Pomponius dubitat: si fugitivus, in quo meus usufructus est, stipuletur aliquid ex re mea, vel per traditionem accipiat, an per hoc ipsum, quasi utar, retineam usufructum? magisque admittit, retinere: nam saepe, etiam [si] presentibus servis non utamur, tamen usufructum retinemus: ut puta ægrotanti servo³⁹, vel infanti⁴⁰, cujus operæ nullæ sunt⁴¹, vel defectæ senectutis hominis: nam et si agrum arenosum, licet tam sterilis sit, ut nullus fructus nascatur, retinemus usufructum: Julianus tamen lib. 35 Digestorum scribit, etiam si non stipuletur quid servus fugitivus, retineri [tamen] usufructum: nam qua ratione (inquit) retinetur a proprietario possessio, etiam⁴² si in fuga servus sit, pari ratione etiam usufructus retinetur. — § 4. Idem tractat: quid, si quis possessionem ejus nactus sit, an quemadmodum a proprietario possideri desinit, ita etiam usufructus amittatur? Et primo quidem ait, posse dici amitti usufructum: sed, licet amittatur, tamen dicendum, quod intra constitutum tempus ex re fructuarii stipulatus est, fructuario acquiri⁴³ [potest.] Per quod colligit, posse dici, ne quidem si possideatur ab alio, amitti usufructum, si modo mihi aliquid stipuletur: parique referre, ab herede possideatur, vel ab alio, cui hereditas vendita [sit], vel cui proprietas legata sit, an a prædone: sufficere enim ad retinendum usufructum, esse affectum retinere volentis, et servum nomine fructuarii aliquid facere: quæ sententia habet rationem. — § 5. Julianus lib. 35 Digestorum tractat: Si fur decerpserit vel desecuerit fructus maturos pendentes, cui conditione teneatur: domino fundi, an fructuario? et putat quoniam fructus non fiunt fructuarii, nisi⁴⁴ ab eo percipiuntur, licet ab alio terra separantur, magis proprietario conditionem competere⁴⁵: fructuario autem, furti actionem: quoniam interfuit

31. L. 40, § 4, infr. de contrah. empt. — 32. L. 30, in pr. infr. de reg. sign. — 33. L. 15, § 4, infr. h. t. adde 2. Feudor. § 2, t. — 34. Vide tamen L. 7, § 12, circa fin. infr. soluto matrim. — 35. L. 55, in pr. infr. de legat. 3. — 36. L. 38, infr. h. t.; L. 11, § 2, infr. de pigno. — 37. Vide tamen L. 15, § 4, infr. h. t. — 38. L. 5, § 6, infr. quemadm. servit. amit. — 39. L. ult., § 1, infr. de operis servor. — 40. L. 55, infr. h. t. — 41. Immo vide L. 51, supr. de rei vind. L. ult. in fin. infr. de liberali caus. — 42. L. 3, § 10, infr. de acquir. vel amit. poss. — 43. L. 25, in fin. infr. de liberali caus. — 44. L. 15, in fin. infr. quib. modis usuf. amit. — L. 25, § 1, infr. de usur. § 55, Inst. de rer. divis. — 45. L. 1, infr. de condic. furtiv. — 46. L. 25,

ejus, fructus non esse ablatos. Marcellus autem movetur eo, quod, si postea fructus istos nactus fuerit fructuarium, fortassis fiant ejus: nam, si fiunt, qua ratione hoc evenit, nisi ea, ut interim fierent proprietarii? mox apprehensi, fructuarii efficiuntur: exemplo rei sub conditione legatæ, quæ⁴⁶ interim heredis est, existente autem conditione, ad legatarium transit: verum est enim, conditionem competere proprietario. Cum autem in⁴⁷ pendenti est dominium, ut ipse Julianus ait, in factu⁴⁸, qui summittitur, et in eo, quod servus⁴⁹ fructuarium per traditionem accepit, nondum quidem pretio soluto, sed tamen ab eo satisfacto, dicendum est, conditionem pendere, magisque in pendenti esse dominium.

45. Idem, lib. 18, ad Sabinum.

Si cujus rei usufructus legatus erit, dominus potest in ea re satisfactionem desiderare⁵⁰, ut officio judicis hoc fiat: nam sicuti debet fructuarium uti frui, ita et proprietatis dominus securus esse [debet] de proprietate. Hæc autem ad⁵¹ omnem usumfructum pertinere, Julianus lib. 38 Digestorum probat. [Si usufructus legatus sit], non prius dandam actionem usufructuario, quam satisfactionem, se boni⁵² virt. arbitrari usu- fructuarium: sed et si plures sint, a quibus usufructus relictus est, singulis⁵³ satisfari oportet. — § 1. Cum igitur de usufructu agitur, non solum, quod factum est, arbitratur, sed etiam, in futurum, quemadmodum uti frui debet. — § 2. De præteritis autem damnis fructuarium etiam lege Aquilia⁵⁴ tenetur, et interdicto, quod vi aut clam, ut Julianus ait: nam fructuarium quoque teneri his actionibus, necnon furti, certum est: sicut quemlibet alium, qui in aliena re tale quid commiserit. Denique consultus, quo bonum fuit, actionem polliceri prætorum, cum competat legis Aquiliæ actio? Respondit, quia sunt casus, quibus cessat Aquiliæ actio: ideo judicem dari, ut ejus arbitrata utatur: nam qui agrum non proscindit, qui vites non subserit, item aquarum ductus corrumpi patitur, lege Aquilia non tenetur. Eadem et in usuario dicenda sunt. — § 3. Sed si inter duos fructuarios sit controversia, Julianus lib. 38 Digestorum scribit, æquissimum esse, quasi communi dividundo⁵⁵ judicium dari: vel stipulatione inter se eos cavere, qualiter fruantur: cur enim (inquit Julianus) ad arma et rixam procedere patitur prætor, quos potest jurisdictione sua componere? Quam sententiam Celsus quoque lib. 20 Digestorum probat: et ego puto veram. — § 4. Fructuarium causam proprietatis deteriorem facere non debet⁵⁶: meliorem facere potest⁵⁷. Et aut fundi est usufructus legatus, et non debet, neque arbores frugiferas excidere, neque villam diruere, nec quicumque facere in perniciem proprietatis. Et si forte voluptate fuit prædium viridaria vel gestationes, vel deambulationes arboribus infructuosas opacas, atque amœnas⁵⁸ habens, non debet deicere, ut forte hortos olitorios faciat, vel aliud quid, quod ad reditum spectat. — § 5. Inde est questum, an lapidicinas, vel cretifodinas, vel arenifodinas ipse instituire possit? Et [ego] puto etiam ipsum instituire posse, si non agri partem necessariam huic rei occupaturus est. Proinde venas quoque lapidicinarum⁵⁹, et hujusmodi metallorum inquirere poterit: ergo et auri, et argenti, et sulphuris, et æris, et ferri, et cæterorum fodinas, vel quas paterfamilias instituit, exercere poterit, vel ipse instituire, si nihil agriculturæ nocet. Et si forte in hoc, quod instituit, plus reditus sit, quam in vineis, vel arbutis, vel olivetis, quæ fuerunt, forsitan etiam hæc deicere poterit, siquidem ei permittitur meliorare⁶⁰ proprietatem. — § 6. Si tamen, quæ instituit usufructuarium, aut cœlum corrumpant agri, aut magnum apparatus sint desideratura, opificum forte, vel legulorum, quæ non potest sustinere proprietarius, non videbitur viri boni arbitrari frui. Sed nec ædificium quidem positurum in fundo, nisi quod ad fructum percipiendum necessarium sit. — § 7. Sed, si ædium usufructus legatus sit, Nerva filius, et lumina immittere eum posse, ait: sed et colores, et picturas, et marmora poterit, et sigilla, et si quid ad domum ornatum: sed⁶¹ neque diætas transformare, vel conjugere, aut separare ei permittere: vel aditus, posticasve vertere: vel refugia⁶² aperire: vel atrium mutare: vel viridaria ad alium modum convertere: excolere enim quod invenit, potest, qualitate ædium non immutata. Item Nerva, eum, cui ædium usufructus legatus sit, altius tollere non posse: quamvis lumina non obscurentur: quia tectum magis turbatur: quod Labeo etiam in proprietatis domino⁶³ scribit. Idem Nerva, nec obstruere eum posse. — § 8. Item si domus usufructus legatus sit, meritoria illic facere fructuarium non debet: nec per cœnacula dividere domum: atquin locare po-

46. L. 1, infr. de legat. 2. — 47. L. 169, in fin. infr. de reg. jur. — 48. L. 70, § 1, infr. h. t. — 49. L. 25, § 1, infr. eod. — 50. L. 5, § 4, vers. Item de re restituenda, supr. qui satisd. cog. — 51. L. 4, in fin. C. h. t. — 52. L. 9, in pr. supr. eod. L. 1, in pr. infr. usufruct. quemadm. cavet. — 53. L. 9, in fin. infr. d. t. usufruct. quemadm. — 54. L. 15, § 5, infr. h. t. — 55. L. 7, § 7, infr. communi divid.; L. 4, in fin. infr. de aqua quotid. — 56. L. 10, supr.; L. 15, § 5, infr. h. t. — 57. § 5, in fin. infr. h. t. Immo vide L. 7, in fin.; L. 8, supr. eod. — 58. L. 7, in fin. — 59. L. 9, § 2, supr. eod. — 60. § 4, supr. h. t. — 61. L. 7, in fin.; L. 8, supr. eod. — 62. L. 1, § 2, infr. de servo corrupt. — 63. L. 7, § 1, supr. h. t.

test⁶⁴; sed oportebit, quasi domum, locare: nec balneum ibi faciendum est. Quod autem dicit, meritoria non facturum, [ita] accipe, quæ volgo diversoria, vel fullonica appellant. Ego quidem, et si balneum sit in domo usibus dominicis solitum vacare in intima parte domus, vel, inter diætas amœnas, non recte nec ex boni viri arbitrata facturum, si id locare cœperit, ut publice lavet: non magis, quam si domum ad stationem jumentorum locaverit: aut si stabulum, quod erat domus jumentis et carrucis vacans, pistrino locaverit.

44. PAULUS, lib. 3, ad Sabinum.

Licet multo minus ex ea re fructum percipiat.

45. ULPIANUS, lib. 18, ad Sabinum.

Sed, si quid inædificaverit, postea⁶⁵ eum neque tollere hoc, neque refigere posse: refixa plane posse vindicare. — § 1. Mancipiorum quoque usufructus legato non debet abuti, sed secundum conditionem eorum uti. Nam si libarium rus mittat, et qualum et calcem portare cogat: histrionem, balneatorem faciat: vel de symphonia atriensem: vel de palestra sterocorandis latrinis præponat, abuti videbitur proprietate. — § 2. Sufficiens autem alere, et vestire debet, secundum ordinem et dignitatem mancipiorum. — § 3. Et generaliter Labeo ait, in omnibus rebus mobilibus modum eum tenere debere, ne sua feriat vel severitia ea corrumpat: alioquin etiam lege Aquilia eum conveniri. — § 4. Et, si vestimentorum usufructus legatus sit, non sicut quantitatis usufructus legetur, dicendum est, ita uti eum debere, ne abutatur: nec⁶⁶ tamen locaturum: quia vir bonus ita non uteretur. — § 5. Proinde, et si scenicæ vestis usufructus legetur, vel aulai, vel alterius apparatus, alibi, quam in scena, non utetur. Sed an et locare possit, videndum est? Et puto locaturum: et licet testator commodare, non locare fuerit solutus, tamen ipsum fructuarium locaturum, tam scenicam, quam funebrem vestem. — § 6. Proprietatis dominus non debet impedire fructuarium [ita] utentem, ne deteriorem ejus conditionem faciat. De quibusdam plane dubitatur, si eum uti prohibeat, an jure id faciat: ut puta doliis, si forte fundi usufructus sit legatus? Et putant quidam, et si defossa sint, uti prohibendum. Idem et in seriis, et [in] cuspis, et [in] cadis et amphoris putant: idem et in specularibus, si domus usufructus legetur. Sed ego puto, nisi sit contraria voluntas, etiam instrumentum fundi vel domus contineri. — § 7. Sed nec servitum imponere fundo potest proprietarius, nec amittere servitutum. Acquirere plane servitutum eum posse, etiam invito fructuario, Julianus scripsit. Quibus consequenter, fructuarium quidem acquirere fundo servitutum non potest, retinere autem potest: et si forte fuerint, non utente fructuario, amisse, hoc quoque nomine tenebitur. Proprietatis dominus ne quidem consentiente fructuario servitutum imponere potest.

46. PAULUS, lib. 3, ad Sabinum.

Nisi qua deterior fructuarii conditio non fiat, veluti si talem servitutum vicino concesserit, jus sibi non esse altius tollere.

47. ULPIANUS, lib. 18, ad Sabinum.

Locum autem religiosum facere potest, consentiente usufructuario⁶⁷. Et hoc verum est favore religionis. Sed interdum et solus proprietatis dominus locum religiosum facere potest: finge enim, eum⁶⁸ testatorem inferre, cum non esset tam opportune ubi sepeliatur. — § 1. Ex eo, ne deteriorem conditionem fructuarii faciat proprietarius, solet quaeri, an servum dominus coercere possit? Et Aristo apud Cassium notat, plenissimam eum coercionem habere, si⁶⁹ modo sine dolo malo faciat, quamvis usufructuarium, nec⁷⁰ contrariis quidem ministeriis, aut inusitatis, artificium ejus corrumpere possit: nec servum cicatricibus deformare. — § 2. Proprietarius autem et servum noxæ dedere poterit, si hoc sine dolo malo faciat: quoniam noxæ deditio jure non perimit usufructum⁷¹: non magis, quam usucapio proprietatis, quæ post constitutum usufructum contingit. Debet plane denegari usufructus persecutio, si ei, qui noxæ accipit, litis æstimatio non offeratur a fructuario. — § 3. Si quis servum occiderit, utilem actionem exemplo Aquiliæ⁷², fructuario dandam, nunquam dubitavi.

48. PAULUS, lib. 3, ad Sabinum.

Agri⁷³ usufructu legato, in locum demortuarum⁷⁴ arborum aliæ substituendæ sunt: et priores, ad fructuarium pertinent.

64. L. 27, § 1, infr. eod.; § 2, in fin. Inst. de usu et habitab. L. 9, § 1, infr. locati. — 65. L. 12, infr. de usu et usuf. legat. — 66. Vide tamen § 5, infr. hie. — 67. L. 2, § 7, in fin. infr. de religio. § 9, Inst. de rer. divis. — 68. D. L. 2, § 7. — 69. Adde L. 5, in fin.; L. 6, infr. ad leg. Aquil.; L. 25, § 1, infr. h. t. — 70. L. 15, § 1, supr. eod. — 71. L. 19, infr. quib. mod. usuf. amit.; L. 44, § 5, infr. de usurp. et usucap. — 72. L. 11, in fin.; L. 12, infr. ad leg. Aquil. — 73. N. 84, c. 1, circa pr. — 74. § 38, Inst. de rer. divis. — 75. L. 34, infr. de servit. præd. urb.; L. 3, L. 6, infr. commun. præd. — 76. L. 41, infr. de usu et usuf. legat. — 77. L. 25,

49. POMONIUS, lib. 3, ad Sabinum.

Proculus putat, insulam posse [ita] legari, ut ei servitus imponatur, quæ alteri⁷⁵ insule hereditaria debeatur, hoc modo: Si ille hæredi meo promiserit, per se non fore, quo alius ea ædificia tollantur, tum [ei] eorum ædificiorum usumfructum do, lego: vel sic: ædium illarum, quoad alius, quam [ui] nunc sunt, ædificata non erunt, illi usumfructum do, lego. — § 1. Si arbores vento dejectas dominus non tollat, per quod incommodior [is] sit usufructus, vel iter: suis actionibus usufructuario cum eo experiendum.

20. ULPIANUS, lib. 18, ad Sabinum.

Si quis ita legaverit⁷⁶: fructus annuos fundi Corneliani Gaio Mævio do, lego, perinde accipi debet hic sermo, ac si usufructus fundi esset legatus

21. Idem, lib. 17, ad Sabinum.

Si servi usufructus sit legatus, quidquid [is ex] opera sua acquirit, vel ex re fructuarii, ad eum pertinet⁷⁷, sive stipuletur, sive ei possessio fuerit tradita. Si vero heres institutus sit, vel legatum acceperit: Labeo distinguit, cujus⁷⁸ gratia vel heres instituitur, vel legatum acceperit.

22. Idem, lib. 18, ad Sabinum.

Sed et si quid donetur servo, in quo usufructus alterius est; quaeritur, quid fieri oporteat? Et in omnibus istis, siquidem contemplatione [fructuarii] aliquid ei relictum vel donatum est, ipsi acquirit. sin vero proprietarii, [proprietario]: si ipsius servi, acquiretur domino. Nec distinguimus, unde cognitum eum, et cujus merito habuit, qui donavit, vel reliquit. Sed et si conditionis implenda causa quid servus fructuarium consequatur, et constiterit, contemplatione fructuarii eam conditionem adscriptam; dicendum est, ipsi acquiri: nam et in mortis causa donatione idem dicendum est.

23. Idem, lib. 17.

Sed sicuti stipulando fructuario acquirit, ita etiam paciscendo eum acquirere exceptionem fructuario, Julianus lib. 30 Digestorum scribit. Idemque, et si acceptum rogaverit, liberationem ei parere⁷⁹. — § 1. Quoniam autem diximus⁸⁰, quod ex operis acquiritur, ad fructuarium pertinere: sciendum est, etiam cogendum eum operari: etenim modicam quoque castigationem fructuario competere⁸¹, Sabinus respondit, et Cassius lib. 8 Juris civilis scripsit, vi neque torqueat, neque flagellis cadat.

24. PAULUS, lib. 10, ad Sabinum.

Si quis donaturus usufructuario, sponderit servo, in quem usufructum habet, stipulanti, ipsi usufructuario obligatur: quia, ut⁸² ei servus talis stipulari possit, usitatum est.

25. ULPIANUS, lib. 18, ad Sabinum.

Sed et si quid stipuletur sibi aut Stichæ servo fructuario, donandi causa, dum vult fructuario præstitum, dicendum, si ei solvatur, fructuario acquirit. — § 1. Interdum tamen in pendenti⁸³ est, cui acquirit iste fructuarium servus, ut puta [si] servus emit, et per traditionem accipit, necdum pretium numeravit, sed tantummodo pro eo fecit⁸⁴ satis, interim cujus sit, quaeritur? Et Julianus lib. 35 Digestorum scripsit, in pendenti⁸⁵ esse dominium ejus, et numerationem pretii declaraturam, cujus sit. Nam si ex re fructuarii, retro fructuarii fuisse. Idemque [est] et si forte stipulatus sit servus, numeraturus pecuniam: nam numeratio declarabit, cui sit acquisita stipulatio. Ergo ostendimus, in pendenti esse dominium, donec pretium numeretur⁸⁶. Quid ergo, si amisso usufructu, tunc pretium numeretur? Julianus quidem lib. 35 Digestorum scripsit, adhuc interesse, unde sit pretium numeratum: Marcellus vero, et Mauricianus, amisso usufructu, jam putant dominium acquisitum proprietatis domino. Sed Juliani sententia humanior est. Quod si ex re utriusque pretium fuerit solutum, ad utrumque dominium pertinere, Julianus scripsit: scilicet pro rata pretii soluti. Quid tamen, si forte simul solverit ex re utriusque: ut puta decem [milia] pretii nomine debebat, et dena solvit ex re singulorum: cui magis servus acquirit? Si numeratione solvit, intererit, cujus priores nummos salvat: nam, quos postea solverit, aut vindicabit, aut si fuerint nummi consumpti, ad conditionem pertinent⁸⁷: si vero simul in sacculo solvit, nihil fecit accipientis: et ideo nondum adquisisse quisquam dominium videtur: quia, cum plus pretium solvit servus, non faciet nummos accipientis. — § 2. Si operas suas iste

75. L. 1, h. t. — 76. L. 22, infr. eod.; L. 65, § 4, in fin. infr. ad SC. Trebell. — 77. L. 11, in pr. infr. de acceptil. — 80. L. 21, supr. h. t. L. 10, § 5, infr. de acquir. rer. domin. — 81. L. 17, § 1, supr. h. t.; L. 5, in fin.; L. 6, infr. ad leg. Aquil.; L. 24, § fin. infr. de pignorat. act. — 82. L. 65, infr. de solution. — 83. L. 43, in fin. infr. de acquir. rer. domin. — 84. L. 12, in fin. supr. h. t.; L. 5, § 18, infr. de tributor. act.; L. 19, § 53, infr. de contrah. empt. — 85. L. 12, § fin. supr. h. t.; L. 43, in fin. infr. de edil. edict.; L. 45, in fin. infr. de acquir. rer. domin. — 86. L. 18, in fin. infr. de stipul. serv. — 87. L. 25, L. 26, infr. de condic. indeb.

A

B

C

D

E

F

G

servus locaverit, et in annos singulos certum aliquid stipuletur, eorum quidem annorum stipulatio, quibus usufructus mansit, acquiratur fructuario: sequentium vero stipulatio ad proprietarium transit, semel adquisita fructuario: quamvis non solet stipulatio semel cui quaesita, ad alium transire: nisi ad heredem, vel adrogatorem⁸⁸. Proinde, si forte usufructus in annos singulos fuerit legatus, et iste servus operas suas locavit, et stipulatus est, ut supra scriptum est, prout capitis minutione⁸⁹ amissus [fuerit] usufructus, mox restitutus, ambulabit stipulatio: profectaque ad heredem, redibit ad fructuarium. — § 3. Questionis est, an d, quod adquiri fructuario non potest, proprietario adquiratur? Et Julianus quidem lib. 35 Digestorum scripsit, quod fructuario adquiri non potest, proprietario quaeri⁹¹. Denique scribit, eum, qui ex re fructuarii stipuletur nominatim proprietario, vel jussu ejus, ipsi acquirere. Contra autem nihil agit, si non ex re fructuarii, nec ex operis suis fructuario stipuletur. — § 4. Servus fructuarius, si usufructum in se dari stipuletur, aut sine nomine, aut nominatim proprietario, [ipsi proprietario] acquirit: exemplo servi communis, qui stipulando rem alteri ex dominis, cujus res est, nihil agit: quoniam rem suam⁹² stipulando quis, nihil agit: alteri stipulando, acquirit solidum. — § 5. Idem Julianus eodem lib. scripsit: Si servo fructuarius operas ejus locaverat, nihil agit: nam, et si ex re mea [inquit] a me stipulatus sit, nihil agit: non magis, quam servus alienus bona fide mihi serviens, idem agendo, domino quicquam acquirit. Simili modo [ait] ne quidem si rem meam a me fructuario conducatur⁹³, me [non] obligavit. Et regulariter definit: quod quis, ab alio stipulando, mihi acquirit, id a me stipulando nihil agit: nisi forte [inquit] nominatim domino suo stipuletur a me, vel conducatur. — § 6. Si duos fructuarios proponas, et ex alterius re servus sit stipulatus, quaeritur, utrum totum, an pro parte, qua habet usufructum, ei quaeratur: nam et in duobus bonae fidei possessoribus hoc idem est apud Scaevolam agitatum libro secundo Questionum? Et ait, volgo creditum, rationemque hoc facere, [ut,] si ex re alterius stipuletur, partem⁹⁴ ei duntaxat quaeri, partem domino: quod si nominatim⁹⁵ sit stipulatus, nec dubitari debere, quin adjecto nomine, solidum ei quaeratur. Idemque ait, et si jussu ejus stipuletur: quoniam jussu pro nomine accipimus. Idem et in fructuariis erit dicendum: ut quo casu non totum acquiratur fructuario, proprietatis domino erit quaesitum: quoniam ex re fructuarii quaeri ei posse ostendimus. — § 7. Quod autem diximus⁹⁶, ex re fructuarii, vel [ex] operis posse acquirere, utrum tunc locum habeat, quotiens jure legati usufructus sit constitutus, an et si per traditionem, vel stipulationem, vel alium quemcumque modum, videndum: et vera est Pegasi sententia, quam et Julianus libro sextodecimo secutus est, omnia fructuario adquiri.

26. PAULUS, lib. 5, ad Sabinum.

Si operas suas locaverit servus fructuarius, et imperfecto tempore locationis, usufructus interierit, quod superest⁹⁷, ad proprietarium pertinebit. Sed et si ab initio certam summam propter operas certas stipulatus fuerit, capite diminuto eo, idem dicendum est.

27. ULPIANUS, lib. 18, ad Sabinum.

Si pendentes fructus jam maturos reliquisset testator, fructuarius eos feret, si, die⁹⁸ legati cedente, adhuc pendentes deprehendisset: nam [et] stantes fructus ad fructuarium pertinent. — § 1. Si dominus solutus fuit tabernis ad merces suas uti, vel ad negotiationem, utique permittitur fructuario locare eas, et ad alias merces: et illud solum observandum, ne vel abutatur usufructuarius, vel contumeliose injurioseve utatur [usufructu]. — § 2. Si servi usufructus legatus est, cujus testator quasi ministerio vacuo utebatur, si cum disciplinis, vel arte instituerit usufructuarium, arte ejus vel peritia utetur. — § 3. Si quid⁹⁹ cloacarii nomine debeatur, vel si quid ob formam aquaeductus, quae per agrum transit, pendatur, ad onus fructuarii pertinet¹⁰⁰. Sed et si quid ad collationem viae, puto hoc quoque fructuarium subiturum. Ergo et quod ob transitum exercitus confertur ex fructibus: sed et si quid municipio: nam solet possessores certam partem fructuum municipio, viliori pretio, addicere: solent et fisco fusiones praestare. Haec onera ad fructuarium pertinent. — § 4. Si qua servitus imposita est fundo, necesse habebit fructuarius sustinere: unde et si per stipulationem servitus debeatur, idem puto dicendum. — § 5. Sed et si servus sub poena emptus sit, interdictis certis

88. L. 26, infr. h. t. — 89. § 1, Inst. de acquisit. per arrogat. — 90. § 3, Inst. h. t. — 91. L. 25, in fin. infr. de acquir. rer. domin. L. 7, § 1, infr. de stipul. serv. § ult. Inst. eod. — 92. L. 87, infr. de verb. oblig. § 2, Inst. de insti. stipul. — 93. L. 37, § ult. infr. de pecul. — 94. Immo vide L. 27, in fin. infr. de stipul. serv. — 95. § 3, supra. — 96. L. 37, § 5, infr. de ad. — 97. § 2, supr. eod. — 98. L. un. infr. quando dies usufr. legat. eod. — 99. L. 21, supr. h. t. — 99. L. 25, § 2, supr. eod. — 99. L. un. infr. quando dies usufr. legat. eod. — 99. L. 30, § 1, in fin. infr. de legat. § 1, L. 39, § 5, infr. de legat. 1. — 100. L. 7, § 2, in fin. supr. h. t. — 1. L. 9, § 4, infr. ad exhibend. — 2. L. 34, § 1, infr. h. t. — 3. Immo vide L. 37, infr. de usu et usufr.

quibusdam, an, si usufructus ejus fuerit legatus, observare haec fructuarius debeat? Et puto debere eum observare, alioquin non boni viri arbitratu utitur [et] fruitur.

28. POMONIUS, lib. 5, ad Sabinum.

Nomismatum¹ aureorum vel argenteorum veterum, quibus pro gemmis uti solent, usufructus legari potest.

29. ULPIANUS, lib. 18, ad Sabinum.

Omnium² bonorum usufructum posse legari, nisi³ excedat dodrantis⁴ aestimationem, Celsus lib. 52 Digestorum, et Julianus libro sexagesimo primo scribit: et est verius.

30. PAULUS, lib. 3, ad Sabinum.

Si is, qui binas aedes habet, aliarum usufructum legaverit, posse heredem, Marcellus scribit, alteras altius tollendo, obscurare luminibus⁵: quoniam habitari potest, etiam obscuratis aedibus. Quod usque adeo temperandum est, ut non⁶ in totum aedes obscurantur, sed modicum lumen, quod habitantibus sufficit, habeant.

31. Idem, lib. 10, ad Sabinum.

Ex re fructuarii etiam id intelligitur, quod ei fructuarius donaverit⁷, concesseritve, vel ex administratione rerum ejus servus compendii fecerit.

32. POMONIUS, lib. 53, ad Sabinum.

Si quis unas aedes, quas solas habet, vel fundum tradit, excipere potest id, quod personae, non praedii est, veluti usum, et usufructum. Sed et si excipiat, ut pascere sibi vel inhabitare liceat, valet exceptio: cum ex multis saltibus, pastione, fructus perciperetur. Et habitationis exceptione, sive temporali, sive usque ad mortem ejus, qui excepit, usus⁸ videtur exceptus.

33. PAPINIUS, lib. 17 Questionum.

Si Titio fructus, Maevio proprietates legata sit, et vivo testatore Titius decessat, nihil apud scriptum heredem relinquatur⁹, et id Neratius quoque respondit. — § 1. Usumfructum in quibusdam casibus¹⁰, non partis effectum obtinere convenit: unde si fundi vel fructus portio petatur, et absolute secuta postea pars altera, quae adcrevit, vindicetur, in lite quidem proprietatis iudicata rei exceptionem obtinere, in fructu vero non obstat¹¹, scribit Julianus: quoniam portio fundi, velut alluvio, portioni: personae, fructus adcreverit¹².

34. JULIANUS, lib. 35 Digestorum.

Quotiens duobus usufructus legatur ita, ut alternis annis utantur, fruantur, siquidem ita legatus fuerit, Titio et Maevio, potest dici priori Titio, deinde Maevio, legatum datum: si vero duo ejusdem nominis fuerint, et ita scriptum fuerit, Titius usufructum alternis annis do: nisi consenserint¹³, uter eorum prior utatur, invicem sibi impediunt. Quod si Titius eo anno, quo frueretur, proprietatem accepisset, interim legatum non habebit, sed ad Maevium alternis annis usufructus pertinet: et si Titius proprietatem alienasset, habebit eum usufructum, quia et si sub conditione usufructus mihi legatus fuerit, et interim proprietatem ab herede accepero, pendente autem conditione eandem alienavero, ad legatum admittar¹⁴. — § 1. Si colono tuo usufructum fundi legaveris, usufructum vindicabit: et cum herede tuo agat ex conducto¹⁵: et consequetur, ut neque mercedes praestet, et impensas, quas in culturam fecerat, recipiat. — § 2. Universorum bonorum, an singularum rerum usufructus legetur, hactenus interesse puto, quod si aedes¹⁶ incensae fuerint, usufructus specialiter aedum legatus peti non potest. Bonorum autem usufructu legato, areae usufructus peti poterit: quoniam qui bonorum suorum usufructum legat, non solum eorum, quae in specie sunt, sed et substantiae omnis usufructum legare videtur: in substantia autem bonorum etiam area est.

35. Idem, lib. 1, ad Urseium Feroecum.

Si usufructus legatus est, sed heres scriptus ab hoc tardius adit, ut tardius¹⁷ ad legatum perveniretur, hoc quoque praestabitur¹⁸, ut Sabino placuit. — § 1. Usufructus servi mihi legatus est, isque, cum ego uti frui desissem, liber esse jussus est, deinde ego ab herede aestimationem legati tuleri: nihilo magis eum liberum fore, Sabinus respondit: namque videtur mihi uti frui homine, pro quo aliquam rem habeam¹⁹: conditionem

legat. — 4. Adde N. 18, e. 3. — 5. L. 10, infr. de servit. praed. urban. — 6. d. L. 10, in fin.; L. 1, in fin. infr. si usufr. petatur. — 7. L. 37, § 1, L. 49, infr. de acquir. rer. domin. — 8. L. 10, infr. § 5, Inst. de usu et habitati. L. 15, C. h. t. — 9. L. 6, § 1, infr. de usufr. adde L. 5, § 1, infr. usufr. quemadmodum. caveat. — 10. L. 4, supr. h. t. — 11. L. 14, § 1, infr. de except. rei iudicat. — 12. d. L. 14, § 1. — 13. L. 2, § fin. infr. quib. mod. usufr. amitt. — 14. L. 47, in pr. infr. h. t. — 15. L. 9, in fin.; L. 10, L. 24, in fin. infr. locati. — 16. L. 5, § 2, infr. quib. modis usufr. amitt. — 17. L. 6, infr. de usu et usufr. legat. — 18. L. 56, § ult. L. 37, infr. h. t.; L. 55, infr. de fideicom. libert. — 19. L. 39, infr. h.

autem ejus libertatis eandem manere: ita ut mortis meae aut capitis diminutionis interventu liber factus esset.

56. AFRICANUS, lib. 3 Questionum.

Qui usufructum areae legaverat, insulam ibi aedificavit: ea vivo eo, decessit, vel deusta est: usufructum debere existimavit²⁰. Contra autem non idem juris esse, si insula usufructu legato, area²¹, deinde insula facta sit. Idemque esse, et si scyphorum usufructus legatus sit, deinde massa facta, et iterum scyphi: licet enim pristina qualitas scyphorum resilita sit, non tamen illos esse, quorum usufructus legatus sit. — § 1. Stipulatus sum de Titio fundum Cornelianum, detracto usufructu; Titius decessit: quaesitum est, quid mihi heredem ejus praestare oportet? Respondit, referre qua mente usufructus exceptus sit: nam si quidem hoc actum est, ut in cujuslibet persona usufructus constitueretur, solum proprietatem heredem debiturum: sin autem id actum sit, ut promissori duntaxat, usufructus perciperetur, plenam proprietatem heredem ejus debiturum. Hoc ita se habere, manifestum in causa legatorum apparere: etenim si heres, a quo detracto usufructu, proprietates legata sit, prius quam ex testamento ageretur, decesserit, minus dubitandum, quin heres ejus plenam proprietatem sit debiturus. Idemque, et si sub conditione similiter legatus sit, et pendente conditione heres decessit. — § 2. Usufructus servi Titio legatus est: cum per heredem staret, quo minus praestaretur, servus mortuus est: aliud dici non posse ait, quam in id obligatum esse heredem, quanti legatarii intersit²², moram factam non esse: ut scilicet ex eo tempore in diem, in quo servus sit mortuus, usufructus aestimetur. Cui illud quoque consequens esse, ut si ipse Titius moriatur, similiter ex eo tempore, quo mora sit facta, in diem mortis aestimatio usufructus heredi ejus praestaretur.

57. Idem, lib. 7 Questionum.

Quaesitum est, si cum in annos decem proximis usufructum de dari stipulatus essem, per te steterit²³, quominus dares, et quinquennium transierit, quid juris sit? Item, si Stichus decem annorum proximorum operas de dari stipulatus sim, et similiter quinquennium praeterit? Respondit, ejus temporis usufructum, et operas recte peti, quod²⁴ per te transcriptum est, quo minus daretur.

58. MARCIANUS, lib. 3 Institutionum.

Non utitur usufructuarius²⁵, si nec ipse utatur, nec nomine ejus alius, puta qui emit, vel qui conduxit, vel cui donatus est, vel qui negotium ejus gerit. Plane illud interest, quod si vendidero usufructum, etiamsi emptor non utatur, videor usufructum retinere:

59. GAIVS, lib. 7, ad Edictum provinciale.

Quia qui pretio fruitur, non minus habere intelligitur, quam qui principali re utitur fruitur²⁶.

60. MARCIANUS, lib. 3 Institutionum.

Quod si donavero, non alias retineo, nisi ille utatur.

61. Idem, lib. 7 Institutionum.

Statuae et imaginis²⁷ usufructum posse relinqui, magis est: quia et ipse habent [aliquam] utilitatem, si quo loco opportuno ponantur. — § 1. Licet praedia quaedam talia sint, ut magis in ea impendamus, quam de illis adquiramus, tamen usufructus eorum relinqui potest.

62. FLORENTINUS, lib. 11 Institutionum.

Si alii usus, alii fructus ejusdem rei legetur, id percipiet fructuarius, quod usuario supererit: nec minus [et] ipse fruenti causa et usum habebit. — § 1. Rerum, an aestimationis usufructus tibi legetur, interest: nam si quidem rerum legetur, deducto eo, quod praeterea tibi legatum est, [ex] reliquis bonis usufructum feres: sin autem aestimationis [usufructus] legatus est, id quoque aestimabitur, quod praeterea tibi legatum est. Nam, sapius idem legando, non ampliat testator legatum²⁸: re autem legata, etiam aestimationem ejus legando, ampliare legatum possumus.

63. ULPIANUS, lib. 7 Regularum.

Etiam partis bonorum usufructus legari potest. Si tamen non sit specialiter facta partis mentio, dimidia²⁹ pars bonorum continetur.

64. NERATIUS, lib. 3 Membranarum.

Usufructuarius novum³⁰ tectorium parietibus, qui rudes fuissent, imponere non potest: quia, tametsi meliorem, excolendo aedificium, domini

20. L. 71, infr. eod. — 21. L. 10, § 1, infr. quib. mod. usufr. amitt. — 22. L. 35, in pr. supr.; L. 47, infr. h. t. — 23. L. 6, infr. de usu et usufr. legat. — 24. L. 39, in pr. supr. h. t. — 25. L. 14, § 2, supr. eod. — 26. L. 35, § 1, in fin. supr. eod.; L. 22, in fin. supr. de hered. petiti.; L. 33, L. 34, L. 35, infr. de pecul. — 27. Adde L. 29, supr. h. t. — 28. Adde L. 18, infr. de verb. oblig. — 29. L. 164, § 1, infr. de verb. sign. — 30. L. 61, infr. h. t. — 31. L. 7, in fin.; L. 8,

causam facturus esset, non³¹ tamen id jure suo facere potest: aliudque est tueri quod accepisset, an novum faceret.

43. GAIVS, lib. 7, ad Edictum provinciale.

Sicut impendia³² cibariorum in servum, cujus usufructus ad aliquem pertinet, ita et valetudinis impendia ad eum respicere natura manifestum est.

46. PAULUS, lib. 9, ad Plautium.

Si extraneo scripto, et emancipato praeterito, matri defuncti, deducto usufructu, proprietates legata sit, petita contra tabulas bonorum possessione, plena proprietates, pietatis respectu, matri praestanda est³³. — § 1. Si testator jusserit, ut heres reficeret insulam, cujus usufructum legavit, potest fructuarius ex testamento agere, ut heres reficeret³⁴.

47. POMONIUS, lib. 5, ex Plautio.

Quod si heres hoc non fecisset, et ob id fructuarius frai non potuisset, heres etiam fructuarii eo nomine habebit actionem, quanti³⁵ fructuarii interfuisset, non cessasse heredem: licet usufructus morte ejus interisset.

48. PAULUS, lib. 9, ad Plautium.

Si absente fructuario, heres, quasi negotium ejus gerens, reficiat, negotiorum gestorum actionem adversus fructuarium habet, tametsi sibi in futurum heres prospiceret. Sed si paratus³⁶ sit recedere ab usufructu fructuarius, non est cogendus reficere: sed actione negotiorum gestorum liberatur. — § 1. Silvam caedam, etiamsi intempestive caesa sit, in fructu esse constat: sicut olea immatura lecta: item foenum immaturum caesum in fructu est.

49. POMONIUS, lib. 7, ad Plautium.

Si mihi, et tibi, a Sempronio et Mucio heredibus usufructus legatus sit, ego in partem Sempronii quadrantem, in partem Mutii alterum quadrantem habeo: tu item in utriusque parte eorum quadrantem partes habebis.

50. PAULUS, lib. 3, ad Vitellium.

Titius Maevio fundum Tusculanum reliquit, ejusque fidei commisit, ut ejusdem fundi parvis dimidiis usufructum Titiae praestaret: Maevius villam, vetustate corruptam, necessariam cogendis et conservandis fructibus, aedificavit: quaesitum est, an sumptus partem, pro portione usufructus Titia agnoscere debeat? Respondit Scaevola, si prius, quam usufructus praestaretur, necessario aedificasset, non alias cogendum³⁷ restituere, quam ejus sumptus ratio haberetur.

51. MODESTINUS, lib. 9 Differentiarum.

Titio, cum morietur, usufructus inutiliter³⁸ legari intelligitur, in id tempus videlicet collatus, quo a persona discedere incipit.

52. Idem, lib. 9 Regularum.

Usufructu relicto, si tributa ejus rei praestantur³⁹, ea usufructuarium praestare debere dubium non est: nisi specialiter nomine fideicommissi testatori placuisse probetur, haec quoque ab herede dari.

53. JAVOLENUS, lib. 2 Epistolarum.

Si cui insulae usufructus legatus est, quoadm quolibet portio ejus insulae remanet, totius soli usufructum retinet.

54. Idem, lib. 3 Epistolarum.

Sub conditione usufructus fundi a te herede, Titio legatus est: tu fundum mihi vendidisti, et tradidisti detracto usufructu: quaero, si non extiterit conditio: aut extiterit, et interit usufructus, ad quem pertinet? Respondit: intelligo, [te] de usufructu quaerere, qui legatus est: itaque si conditio ejus legati extiterit, dubium non est, quin ad legatarium [is] usufructus pertineat: et, si aliquo casu ab eo amissus⁴⁰ fuerit, ad proprietatem fundi revertatur. Quod si conditio non extiterit, usufructus ad heredem pertinet: ita ut in ejus persona omnia eadem serventur, quae ad mittendum usufructum pertinent, et servari solent. Caeterum in ejusmodi venditione spectandum id erit, quod inter ementem vendentemque convenierit: ut, si apparuerit legati causa eum usufructum exceptum esse, etiamsi conditio non extiterit, restitui a venditore emptori debeat.

55. POMONIUS, lib. 26, ad Quintum Mucium.

Si infantis usus tantummodo legatus sit, etiamsi nullus interim sit⁴¹, cum tamen infantis aetatem excesserit, esse incipit.

supr. eod. Immo vide L. 23, § 5, in fin. supr. eod. — 32. L. 15, § 2, supr. eod. — 33. L. 5, in fin. infr. de legat. praestand. — 34. L. 47, L. 65, in fin. infr. h. t. — 35. L. 36, § 2, supr. eod. — 36. L. 64, infr. eod. — 37. L. 37, § 5, infr. de usu et usufr. legat. — 38. L. 5, infr. d. l. — 39. L. 7, § 2, supr. h. t.; L. 28, infr. de usu et usufr. legat. — 40. L. 46, in pr. infr. de erict. — 41. L. 12, § 3, supr. h. t.